



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 69. Vetera Monasteria restaurata, novaque erecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. LXIX.

Sæcul. XVI.
A.C. 1556.*Vetera Monasteria restaurata, nova-
que erecta.*

Totum hujus Anni millesimi quingen-
tesimi quinquagesimi sexti residuum
tempus in restaurandis veteribus An-
glia Monasteriis impendebatur; præ-
primis enim Regina prope Brainfordiam
Asceterium Sion pro Religiosis Virgini-
bus ex Ordine S. Birgittæ rursus erigi
curabat; hoc enim Monasterium primum
erat ex illis, quæ Henricus VIII. sup-
primebat. Pariter eadem Regina Lon-
dini Cœnobium pro Fratribus Prædica-
toribus, aliud vero pro FF. Minoribus
construi jussit, simulque Carthusiano-
rum ædes Scheeni prope Richemun-
diam urbem dotabat, ut hac liberalita-
te gratum erga hos Religiosos ani-
mum testaretur, eo quod hi pro Ma-
tris suæ causa dire fuissent vexati. Post-
modum Regina Decanatum, ac West-
monasteriensem Ecclesiam Cathedralem
suppressit, ejusque loco Abbatiam ere-
xit, quam Fecknamo S. Pauli Decano
concesserat, in cujus possessionem ipse
unacum quatuordecim Religiosis die vi-
gesima prima Novembris ritu solemn-
i inducebatur, Regina tamen jamjam die
vigesima tertia Septembris Westmona-
steriensibus Canonicis quasdam pensio-
nes

nes

Sæcul. XVI. nes numerari præceperat, donec illis a-
A.C. 1556. lia ratione congrue provisum esset. Pa-
 riter Bonnero, & quibusdam aliis ne-
 gotium dabat, ut cuncta contra Religio-
 sos, & summum Pontificem regnante
 Henrico VIII. attentata ex publicis ta-
 bulis delerent, præcipue vero iidem om-
 nes calumniis, ac incertis testimoniis
 scatentes relationes eorum, qui ad lu-
 stranda Monasteria deputabantur, sup-
 primere jubebantur, prout etiam edicta,
 quibus Religiosi auctoritatem summi
 Pontificis ejurare jubebantur.

§. LXX.

*Hæretici, licet mortui, ad iudicium
 vocati, atque exhumati.*

Thuan. l. 17. Eodem anno Buceri, & Fagii, qui non
 modo perniciosam in Regno doctri-
 nam sparferant, sed etiam aliis a fide
 deficiendi exemplum dederant, corpora
 fuere exhumata: ut autem hac in re
 præscripta juris forma fervaretur, porre-
 cto libello, mortui primo, & altero edi-
 cto citantur, simulque producuntur con-
 tra illos semel, atque iterum testes, cum
 autem nemo compareret, qui eorum
 defensionem suscipere auderet, tandem
 tanquam contumaces damnati sunt, die-
 que dicta coram Accademiæ ordinibus,
 postquam Cestrensis Episcopus oratione
 habita iudicii severitatem excusabat, ac
 nullate-